

190

190

—

XIII.

9/1963 sz-hoz.

LOK

Zoznam spisov určených na fotografovanie pre MTA
č. 310. sz.

fényképezési igény jegyzék.

1/ Levélzári intézet: Kremnica evan.
Körmöcbánya, evang.

2/ Tematika: régi nyomtatványok.
Staré tlačivá.

A kutatás és a jegyzék összeállítása
Borsa Gedeon munkája.

Výskum prevádzal a zoznam zostavil
Gedeon B o r s a.

A fényképezés módja:

Az általános utasítás szerint. Az egyes felvételek jelzetfelirata:
"Régi nyomtatványok, Körmöcbánya evang.:".

Spôsob fotografovania:

Podľa všeobecnej inštrukcie. Nápis jednotlivých záberov: "Régi
nyomtatványok, Körmöcbánya evang.:".

•/•

310.ig.jegyzék

"Régi nyomtatványok, Körmöcbánya evang.:"

1.cím: A jegyzék szövege.

310.ig.jegyzék

"Régi nyomtatványok, Körmöcbánya evang.:"

2.cím: 1-2 tétele végig.

Régi nyomtatványok, Körmöcbánya evang.:
/310.ig.j./

310.19.1
9

KREMNICA, evang.

1013 Ode Encomiastica (Frank, Caspar)
Vizsoly, 1598, ?

II.285a

5 □ = 7 sh.

1013(6) Celadon. Ecloga (Belsius, Johannes)?
Bártfa, 1594. ?

II.246a

5 □ = 7 sh.

2 db. nyomtatvány, kb. 10 □

hede bengérbnél
vezető h.

310.ig.jegyzék
"Régi nyomtatványok, Körmöcbánya evang.:"
1.cím: A jegyzék szövege.

310.ig.jegyzék
"Régi nyomtatványok, Körmöcbánya evang.:"
2.cím: 1-2 tétele végig.

Régi nyomtatványok, Körmöcbánya evang.:
/310.ig.j./

C E L A D O N.

E C L O G A , Q V A I O A N N E S B E L S I V S
Epper: Diui FERDINANDI, olim in legatione ad Soly-
mannum Turc: Imperatorem, à secretis, statum Vnga-
riæ iam per Dei clementiam felicem celebrans, pro no-
bilitate sibi data, &, vt vocant, prouisione, annis ab
hinc plurimis, gratias agit & perstrin-
git laudes

R O D O L P H I I I . A V G V S T I S S : N O S T R I
Imper: quòd hosti Christianitatis, Turcæ, iam bellum
inferat, cum gratulatione pro rebus omnibus
prosperè gerendis.

G E N E R O S I S E T E G R E-
G I I S D O M I N I S , D ñ o G E O R G I O H O E-
M A N N O , D . N I C O L A O O R L A I , D . F R A N C I S C O K .
P A C Z Y , Sac: C æf: Regiæq; M tis Consiliariis & Came-
ræ Scepusiensis præsidibus, cæterisq; eius officiariis
dedicata & scripta

A

I O A N N E B O C A T I O Scholæ Epperiensis

Rectore, cùm

Eos ad nuptias suas, cum eiusdem Ioannis Belsii, hoc 1594. anno
piè defuncti, relicta filia Elisabetha, 21. die Iunij,
celebrandas, inuitaret.

B A R T P H A E.

Régi nyomtatványok, Körmöcbánya evang.:
/310.ig.j./

CELADON. ECLOGA.

Nuper ego virides lustrans, de more, recessus,
Dona Dei campo, varios mirabat honores :
Et lætas segetes, & multo flore superbam
Tellurem, humani generis rerumq; parentē.

Interea tectos per agros dum lumina voluo,
Ecce mihi Celadon venit obuius, inter aristas
Mixtus, in obliquo solus per deuinā gressu,
Non procul irriguas lente spaciatus ad vndas.
Aspicio primus, dictaque salute vicissim,
Quæro quid ad fluuios & amictas gramine ripas
Solus eat? quid agat? tacito quid pectore vertat?
Nam defixus humi vultus oculosque tenebat.

Ille mihi contrà reddit: quid & ipse vagaris
Non comiti monstrans humano culta labore
Quàm stent arua suis mox frugibus apta secandis?

Tunc ego subiiciens: equidem hîc ego sâpè fre-
Et flauam Cererem, cœlestia munera, miror. (quento,
Nescio sed falcem quis subiecturus aristis,
Grana domi teret, & nostros quoque vertet in usus:
Messores alios metuo: vel corpora tradet
Mille neci cædes funesta: aut miles habebit
Hæc Geticus tandem, patriisque fugabit ab oris
Nos, procul ad septem, sub sidera dura, Triones.
Ancipiti solet ire gradu Mars: brachia latè
Quamuis pandat, & hîc nostris arrideat armis.
Quâ victis rediit semel in præcordia virtus,
Quis vltro se tot castella, tot oppida dedunt.

A ij Sic

CELADON.

ECLOGA, QVA IOANNES BELSIVS
Epper: Diui FERDINANDI, olim in legatione ad Soly-
mannum Turc: Imperatorem, à secretis, statum Vnga-
riæ iam per Dei clementiam felicem celebrans, pro no-
bilitate sibi data, &c, vt vocant, prouisione, annis ab
hinc plurimis, gratias agit & perstrin-
git laudes

RODOLPHI II. AVGVSTISS: NOSTRI
Imper: quòd hosti Christianitatis, Turcæ, iam bellum
inferat, cum gratulatione pro rebus omnibus
prosperè gerendis.

GENEROSIS ET EGRE-
GIIS DOMINIS, D^{no} GEORGIO HOF-
MANNO, D. NICOLAO ORLAI, D. FRANCISCO KO-
PACZY, Sac: Cæs: Regiæq; M^{tis} Consiliariis & Came-
ræ Scepusiensis præsidibus, cæterisq; eius officiariis
dedicata & scripta

A

IOANNE BOCATIO Scholæ Epperiensis
Rectore, cùm
Eos ad nuptias suas, cum eiusdem Ioannis Belsii, hoc 1594. anno
piè defuncti, relicta filia Elisabetha, 21. die Iunij,
celebrandas, inuitaret.

BARTPHAE.

Régi nyomtatványok, Körmöcbánya evang.:
/310.ig.j-/

CELADON. ECLOGA.

Vper ego virides lustrans, de more recessus,
Dona Dei campo, varios mirabat honores :
Et lata segetes, & multo flore superbam
Tellurem, humani generis rerumq; parentē.

NInterea tectos per agros dum lumina voluo,
Ecce mihi Celadon venit obuius, inter aristas
Mixtus, in obliquo solus per deuia gressu,
Non procul irriguas lentē spaciatus ad vndas.
Aspicio primus, dictaque salute vicissim,
Quāro quid ad fluuios & amictas gramine ripas
Solus eat? quid agat? tacito quid pectore vertat?
Nam defixus humi vultus oculosque tenebat.

Ille mihi contrā reddit: quid & ipse vagaris
Non comiti monstrans humano culta labore
Quām stent arua suis mox frugibus apta secandis?

Tunc ego subiiciens: equidem hīc ego sāpē fre-
Et flauam Cererem, cōelestia munera, miror. (quento,
Nescio sed falcem quis subiecturus aristis,
Grana domi teret, & nostros quoque vertet in usus:
Messores alios metuo: vel corpora tradet
Mille neci cædes funesta: aut miles habebit
Hæc Geticus tandem, patriisque fugabit ab oris
Nos, procul ad septem, sub sidera dura, Triones.
Ancipiti solet ire gradu Mars: brachia latē
Quamuis pandat, & hīc nostris arrideat armis.
Quā victis rediit semel in præcordia virtus,
Quis yltron se tot castella, tot oppida dedunt.

A ij Sic

Sic ego : sic Celadon non impiger ore profatur :
Quæso potes mecum si quid cessare sub ista
Ilice, quæ patula est, viuoque sedilia musco
Præbet, in hac dulces umbra sedeamus amici :
Maiorego, mihi te nunc auscultare necesse est.
Efficiam melior tibi quò sententia surgat.

Iamque (fatebor enim) fæuus licet omnia circum
Hostis ad Istricolas sua sub iuga misit, & Hunnis
Intulit innumeras clades, latèque gubernet :
Non tamen hoc semper curret fortuna tenore.

Ipse ego qui quondam Bizantia mœnia vidi,
Et multum Solymanne tibi donatus abiui,
Triste loqui Mahumetigenas his auribus hausi.
Namque querebantur veluti vi rapta potestas
Olim præcipites fato passura ruinas,
Nec sit, vt ante, suos felix habitura triumphos.
Omen id & veterum cecinere oracula vatum :
Quemque diu captum tenuit Babylonia pellex.

Estque adeò decus Hoc auti quod carmina nobis
Præcinuere diu, Getici ruitura Tyranni
Regna, & Romanis rursus cessura triumphis,
Amplius angusto cum fines limite claudi
Turpè erit, & frustra tam longos mittere census.

Iam noua Christicolas cœlo delapsa reuisunt
Numina : iam redeunt populi & felicia regna :
Quæ gelidi fontes, cum saltibus antra vocabant.
Quæ Saus atque Draus, flumenque binominis Istri,
Quæ quoque supplicibus clamabant oppida muris,
Oppida diuini nec adhuc ignara cruoris.

Scilicet

Scilicet hoc lapidesque domusq; hoc antra loquuntur:
Scilicet hoc voris est tempus mille petitum.
Scilicet hoc series optauit longa nepotum.
Hoc rigidi montes, hoc saxa minantia cœlo,
Hoc inhumatorum poscunt, manesque animæque.

Non oblitæ sui surgit Germania: surgunt
Omnes saluificum qui Christi nomen adorant.
Cuncta iubent metam veterum sperare laborum.
Quem sonipes metuat posthac non Hunnus habebit.
Non quis ob abductos Genitor, sua pignora, natos,
Non natus cari plorabit vincla parentis.
Optima libertas sub dio altaria ponet
Vota potestati Trinæ de pectore fundens.
Hæc, inquam, talem genuerunt secula Regem,
Sub quo mitescant nimium crudelia fata,
Turcicus Hungaricis furor ut discedat ob oris:
Thracia victa manus duris post terga catenis
Præbeat Arctoo supplex spectacula mundo.

Hæc ita, si vatum non stant monimenta priorum
Irrita, sidereo Rex quem demisit olymbo,
Hungariæ explebit fatorum arcana RODOLPHVS.
Hic Othomannigenas à sedibus vltor auitis
Belliger, extremos solis depellet ad ortus,
Europæ phryxi trans ostia limite cassos.
Auxilium superi promittunt: campus & vnda
Coniurant: aër gestit: sunt flumina læta.
Rex Arctoarum sua gaudia sentit aquarum,
Paulatimque videt rapidos procedere cursus,
Conciliis etenim prohibetur & agmine denso

A iii Squami-

Squamigeri sine fine gregis, qui lege senatum
Conuocat, & certos regni dimittit ad omnes,
Quâque suos ortus habet, aut quâ angusta Propontis
Euxini commiscet aquas, & cornua flectit :
Sollicitantque duces per mutua vincula foedus,
Vt quâcunque queant pertæsa hucusque Getarum
Imperia effugiant, Christique à nomine cœtus
Iam dominos videant, populos qui pâce gubernent,
Altâ abigantque Deum quæ ridet in arce cateruam.

Omnia & exercent lætos animalia plausus,
Vtque iuuent animis, bellorum oblita priorum,
Inter se dulcem componunt ordine pacem.
Non lupus est inimicus oui, non cerua leoni,
Non canibus lepores laniantur : acerba cruce
Tigris fauce caret : non tauro cornua sternit
Prata per & sylvas, villis horrentibus vrsus.

Omne genus volucrum coniurat in arma : perau-
Dant plausus gyro, veteremque auertere pestem (ras
Conantur, longos lacuentes vngibus vngues.
Rex oratores dimittit, & vndique cogit
Auxilia, & primus vibrat per nubila pennas,
Magnaque diuersi nutrit duo fulmina belli.
Vnum illustre domo & Germano sanguine iunctum,
Quod strigoniacas feliciter occupat arces
Victor, cuique vlnis mox obuia Buda duabus
Ibit, eatque precor Dominum, qui fautor & autor
Arma iubet capere hæc, pro religione fociisque.
Ille dabit validas vires, animumque cateruis,
Milite quæ modico patriæque Deiisque tuerentur

Laudem

Laudem, ut sancta queant immanem excindere gentem
Agmina, sacrilegas aut hinc dispellere turmas:
Sternere iactantes longis sua robora pilis.
Namque adeò non est invicta potentia Turcæ
Ut perhibent: Deus omnipotens est fortior, aut qui
Iussa colit veneranda Dei, roburque salutis
Ipsius in Gno locat, auxiliumque IEHOVÆ
Inuocat: ille potest losuas ceu victor ad orcum
Millia multa virum dimittere fulmine cœli.
Aut Mano satus, armatos qui strage Philistas
Totus in ermis maxillâ concusso Agelli.
Pastor & illegobo, qui vasta mole gigantem
Perculit & prona caput à ceruice reuulsit.

Nos precibus duplices tendamus ad aurea palmas
Sidera, falcato qui sæuit acynace passim,
Ut ruat, aut supplex Romanis fiat & Hunnis.
Hoc facit orbis & vrbis apex, & vt exigat armis
Omnis in Hungaricâ stat cura salute Rodolphi.
Ille pater patriæ tot gentes eripit orco
Ipse suos regni mittens ad prælia ciues:
Nunc arcus Hunnis nunc Hunnos arcibus auget.
Illum longa mihi seruet quoque parca Monarcham.
Namque mihi ceras mittens, & nobile signum
A grege selegit maculosa Tigride, fauces
Quæ rictat: quæ calce rosas & lilia calcat:
Addidit & fuluum, quo nil est gratius, aurum.
Vtere, ait, felix hoc nobilitatis honore,
Tuque, tuique, & qui tandem nascentur ab illis.
Annuo & ille mihi argento prouidit & auro.

Ergo

Ergo prius montes hæc nesciat Hungara tellus :

Ante suos ortus repetat solemque cadentem

Ister, & ad celsos voluat sua flumina colles,

Quam non pro pietate meas ego pectori grates

Depromam, aut cuius me temporis arguat ætas

Immemorem, cui non venientia secla senectam

Laudibus imponent : iam quantulacunque rependam,

Ipsius similes venerans in imagine vultus

Pronus adorabo, ceu numen, & ara Sabæo

Thure frequentabit iucundos pinguis honores.

Vtque mihi certo in numero dedit æra quotannis :

Sic ego, sic illi faciam quoque vota quotannis :

Vt nunc Romanis amissas restituat res

Adiiciens noua Pannonicas Augustus ad oras

Regna, quibus Christi cœtus foedissimus hostis

Præsidet : vt mundo post solus regnet : vt ipsi

Longa sit & nullis ætas obnoxia morbis.

Vt beet Austriacos laus non moritura penates.

Vt pax, aurea pax regni intestina gubernet.

Inclyta Romanis vltro gens dedita sceptris

Pareat & pariat venturis commoda seclis.

Ergo vale diuine RODOLPHE Rodolphe Rodolphe,

Lux mundi populique salus : Felicibus armis

Vince Getam, vt causâ vincis : non fata negabunt

Prospera successus, exoptatosque triumphos.

Non Aquilas crudelis Epop, coruusque sonorus,

Vociferantes non v lulæ, picæque loquaces

Suspendant, sanctis neu dent incommoda cœptis.

F I N I S.